



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-540145-p0001-0

DFG



3297.
AUSPICE
TRIUNO DEO,
SUFFRAGANTE
MAGNIFICO JCTORUM ORDINE
IN ILLUSTRI GRYPHICA,
PRÆSIDE
VIRO NOBILISSIMO ATQVE AMPLISSIMO
DOMINO
D. FRIDERICO GERDESIO,
JCTO ET ANTECESSORE CELEBERRIMO,
CONSISTORII REGII DIRECTORE GRAVISSIMO
FACULTATIS JURIDICÆ SENIORE MERITISSIMO,
FAUTORE SUO MAGNO,
ÆTERNO OBSERVANTIE ET HONORIS CULTU
DEVENERANDO,
DISSERTATIONEM HANC JURIDICAM
^{DE}
JURE CONGRUI,
PLACIDÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI
SUBJICIT
HENRICUS Westerding/ STRALÆS. POM.
AUCTOR ET RESPONDENS.
IN AUDITORIO MAJORI D. XIX. MARTII.
—
GRYPHISVALDIÆ,
LITERIS DANIELIS BENJAMINIS STARCKII, REG. ACADEMIAE
TYPGRAPHI.

22.

1. 22.
15
1684.



ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENLISSIMO
DOMINO
DN. ULRICO,

S. ROMANI IMPERII
COMITI DE PROMNITZ,
DOMINO IN FORST ET PFOERTEN,
COMITI IN SORAU, LIBERO BARONI IN PLESS,
DOMINO IN TRIEBEL ET NAUMBURG
AD BOBERAM, &c. &c.

DOMINO Suo GRATIOSISSIMO
Ac EVERGETÆ MAXIMO,
IN ARGUMENTUM DÉBITÆ GRATITUDINIS
ET
ÆTERNUM HUMILLIMÆ OBSERVANTIAE
SIGNUM
HANC DISSERTATIONEM
D. D. D.

EJUSDEM ILL^{MA} EXCELLENTIÆ
DEVOT. CLIENS
AUCTOR.



W^{er} der Eamenen Siz mit einem Wall umbzircket;
W^{er} Mauern umb den Berg, woselbst sie wohnen/wircken
Wer ihre Nachbarschafft für dem Geräusch bewacht;
Dem ist Apollens Schoss zum Throne zugesetzt.
Das wird Herr Gesterding nicht sonder Ruhm verspühen;
Wenn Ihn das Musen-Volk wird auf den Fichte-Platz führen;
Da Er das Nachbar-Recht auch in dem tapfrin Kampf
Verfechte/und gebe den/die es bestreiten / Dampf.
Es mag die süsse Schaar der drey mahl dreyen Schwestern
Der Schmiede Vincke Panck / des Pövels Lerm und Lästern
Nicht hören: Drumb wil Er mit einer flugen Schrifft
Ihr Wohn-Haus machen fest / damit Er Ruhe siesset
Denn Ruhe Leben ist / der Pierinnen Kindern;
Es soll an Ihrem Werck sie kein Getümmel hindern.
Der Lohn sey / daß Er stets geniesß aus Ihrer Brust;
Die Nectar-süsse Milch der Eugend / Ehr' und Lusten
Der Himmel Krone selbst Sein eifriges Beginnen;
Dß Er in diesem Kampf die Krone mag gewinnen;
Dß auf der Bahn so da mit Dornen zwar bwecken
Er Rosen brechen mag / die Ihm sind fürgestickt.
Dieses schrieb, mit eslender Feder, seinem wehret
Freunde zu Ehren.

M. THEOD. v. B^ESSEN / Demmin. Pom.

C^{orpore} habent umbram comitem: qvoq; splendor amic⁹
Igniferæ luci est: fervor ubi ignis adest.
Gloria sic & honor nunquam tollatur amico
Gesterdingiadæ. Clareat orbe precor!
Paucula hæc Nobiliss. Dno. Autori Respondentia puer
familiarissima.

CHRISTOPHORUS VOSSIUS,
SS. Theol. & Phil. Stud.

Die

Die Streifende Welt

W allen Dren Streit wohin man sich nur kehret.
Dort sieht der Tockely / (wie unsre Zeitung lehret)
Hier wiederumb der Turck; Ein jeder ist bereit/
Mit unserm Christen-Volk zu wagen einen Streit.
An keinem Ort ist Fried. Ja selbst wir Christen leben
Wie Räzen und der Hund; Wer jetzt kan widerstreben/
Der meint: Er sei ein Mann von Weisheit un Verstand/
Und weiss nicht, daß dadurch er wird ein Höllen-Brandt.
Viel besser ist der Streit den unsre Musen ehren/
Sie geben gute acht auff alles was sie hören:
Sie machen einen Streit von Weisheit und von Wiz/
Und muß der Kampff-Platz seyn Apollo grosser Siz.
Ein solcher Streit ist gut und billig hoch zu achten/
Ach wolte Wolfe Gott! daß alle möchten trachten
Nach solchem Weisheits-Streit / so würden sie die Cross
Der Ehren allzumahl erlang'n zum Sieges-Lohn.
Das wußt Herz Gestern ding / vrum hat Er sieb gerungen
Nach Weisheit und nach Wiz / es ist Ihm auch gelungen/
Also, daß Er kan siehn mit Ruhm auf Pallas Thron
Und nehmen Nachbar-Recht in die Defension.
So streite Er dann wol / mit Ruhm und auch mit Ehren;
Der aller Götter Gott woll' Jahr und Weisheit mehrren:
Er müsse wohnen stets in stolz und sicher Ruh/
Im schönen Themis-Schoß. Ich wünsche Glück dazu!

Dem Herren Respondenten, als seinem wehrten Freunde/
zu Ehren, schrieb es eiligt

David Blumenau /
Aus Danzig.

201220 V 2010 05 (0) 60
Aus Danzig

DISSTATIONIS
DE
JURE CONGRUI
CAPUT I.
DE
DEFINITIONE NOMINALI ET REALI.

SUMMARI.

- D^efinitio Nominalis s. Etymolo-
gia vocis Congrui.
2. Congruere quid.
3. Congruus Adjectivum quid.
4. Congruum Substantivum quid.
5. Homonymia.
6. Synonymia.
7. Allusiva denominatio ex l. con-
gruit c. de locat. præd. ciwil.
& Fiscal.
8. Realis definitio.
9. Ex. Geor. definitionis per Genus
& Differentiam.
10. Res meræ & non meræ facultatis.

A^ratus de JURE CONGRUI à definitione
exordium faciendum duco, quod nulla materia absq; defini-
tione rectè intelligi atq; explicari possit. Cic. l. i. Offic. Illam
autem duplē faciam nominalem scilicet & realem. Neq; enim
nosse sufficit, quid res sit; sed etiam unde & quomodo dicatur
novissie expediet. Dicitur autem vox CONGRUI à CONGRUERE, quod
ipsum à præpositione CON & GRUERE, quod gruum proprium est.
derivatur. Et significat congruere idem ac convenire, quia id genus
volucrū minimè solivagum est sive volant sive cum pascuntur. Matt.
Martini Lex voce Gruo & CONGRUO Matth. de Afflict. def. Præmif.
§. i. n. 54. Et hinc per Metaphoram, quod cum altero convenie-
congruere dicitur; unde adjectivum congruus, a, um, quod idem
est ac decens conveniensq; ut poena congrua in l. 7. c. de repud.
congrua ultio in l. 18. c. de his qui accus. non poss. congrua severitas
in l. 19. c. de Poenis. quæ delicto responder, vid. Struv. Syntagm.
3. Ciui. Exerc. i. ß. 31. Item dos congrua l. 60. l. 69. §. 4. & seqq.
ß. de Zur. dot. l. 43. de Leg. 3. Menoch. arbitr. jud. quæst. l. 2.
Cas. 149. Hic autem congruum est substantivum, & consideratur apud
JCros dupli sensu, latiori & arctiori. Priori sensu capitul. genera-
liser, ut sub se totam Retractuum materiam comprehendat, si que
Synonymon cum jure Retractus, protimiseos &c. quod Germanis
est der Nährer. Rauff / das Rauffzug. Rechs / das Abreihen / die
Lösung /

Sessung / &c. de quibus vid. Andr. Tiraqvell. in prefab. de Retract.
consangu. qu. i. n. 3. & seqq. Immanuel Sutorius de Retr. jure
c. i. Th. 2. V. l. 35. de minor. Posteriori sensu, ut h. l. sumitur pro
specie Juris Retractus ratione vicinitatis, & Germanice audit das
Gespielde / quod consortium & communium eis Gespiel conserve.

6 Alias Retractus vicinitatis dicitur Spaldungs-Recht / & qui tali
jure uti potest eis Spalt-Mann vocatur. Matth. de Afflict. de zu. c
7 Protim. §. i. n. 44. Mev. ad Jus Lub. lib. 3. l. 7. rubr. p. 19. Sunt qui
Juris congrui appellationem ex l. congruit 4. c. de locat, pred. civ.
& Piscat. esse de promptam assertunt, cuius legis haec sunt verba:
, Congruit æquitati, ut veteres possessores fundorum publicorum
, novis conductoribus præferantur. si facta per alios augmenta susci-
piant. Pari modo in hoc jure Retractus æquitati congruum judicant,
ut vicious, in primis is, qui partem fundi venditi possidet de quo
cap. seq. vicinos sibi comparet fundos, neq; ad illos vicinum forte
molestum atq; rapacem admittat & sibi inde mali quid creer, ut dici
soler, aliqvid mali propter vicinum malum. I. fin. c. de paci. int.
empt. Cothmann. Conf. 42. n. 10. v. 29. Andr. Tiraqvell. l. c. n. 3.
M. Mantua Bonavidius de zur. Protim. n. 2. Maranta Disp. 8. n. 63.

8 Nominalem excipit Realis definitio, eaq; haec est: Jus Congrui
est facultas jure competens vicino, non extantibus aut
nolentibus consanguincis, ad rem immobilem vel
æquipollentem alienam intra certum tempus justo
pretio numerato, iisdemq; conditionibus ab extranco
9 redimendam. In qua definitione duo præcipue intendere
oportet, scilicet Genus monstrare & differentiam. Hanc per
quatuor suas causas tractandam sequentibus capitibus reservabo;
10 illud præsenti annexam. Qvod vero Genus JURIS CONGRUI dixi
Facultatem esse, non intelligendum, quod sit res meræ facultatis,
quaæ citra ullam obligationem aut conventionem cujusq; arbitrio
jure omnium communis permittitur, juxta Vinn. libr. 2. select. quest.
jur. c. a. Mindan. l. 2. de Mandat. & Monitor. judicial. sine clausula
c. 37. n. 2. Schurff. cent. 1. confit. 70. n. 22. Cruf. de Jure Offerendi
cap. 2. n. 4. Sed inter res non meræ facultatis & præscriptioni obno-
xias referendum est. Cujac. & s. Feud. in fin. Pistor. l. 2. quest. 5.
Vid. Matth. Welsembec. confit. 2. n. 49. Pachov. ad Treutler. 1. Thes.
alt. lit. H. & 2. Disp. 23. th. 3. lit. 1. Sutholt. Dissert. 6. th. 12.

CAPIT



affl. meriti et ceteris & coll. **CAPUT II.**
causa quo ex causa, ut illa quod deq. summa illo est causa ob idem al
casibus in eum non obstat. **CAUSA EFFICIENTE.**

SUMMARI.

- Q**uæ sit Causa Efficiens remota.
2. Constitutio Friderici qualem
hodie autoritatem habeat,
3. Jus congrui hodie ex consuetudine
& statutis observatur.
4. Libi obtinet.
5. Statutum strictè accipiendum.
6. Causa impulsiva est favor vicinarii.
7. Statutum utrum sit favorable an
odium quomodo dignoscatur.
8. Causa efficiens propinqva est Vi-
cinitas.
9. Vicinus quis.
10. Usufructuarius non habet Jus
congrui.
11. An Usufructuarius emturus.
- proprietatem præferatur vicino ju-
re congrui.
12. Jus congrui non habet locum
inter agros quos via regia vel flu-
men publicum separat.
13. Prædium rusticum non trahit ad
se urbanum.
14. Inter plures vicinos concurrentes
res dividatur, aut forte dirimatur.
15. Consanguineus præferendus vi-
cino non consanguineo.
16. Ratio.
17. Sangvinis Jus an sit melius privi-
legio vicinitatis.
18. 19. 20. Vicinitas quando locum
faciat retractui.

Genus sicut, sequitur Differentia. Hæc autem quatuor suis absolu-
tivitatem causis, quales sunt, Efficiens, Materia, Forma & Finis.
De Causa Efficiente primò, de reliquis deinde agetur. Est autem ista
(remota, CONSTITUTIO FRIDERICI IMPERATORI LOCORUM STATUTA,
IPSAQ; CONSuetudo. Qvod Constitutionem Friderici attinet, agit 2.
in ea Imperator de Jur. Protomiscos ex professo, singulisq; personis,
qvibus id competit, ordine recentis ultimum locum vicinis &
confinibus assignat. d. Constit. Frid. l. 5. E. tit. 33. Borch. de Feud.
cap. 3. n. 37. Cujus Constitutionis autoritas in Imperio Germano
licet dubia, imò nulla sit. Da. Schultz. Disp. de Jure Congrui cap. 2.
n. 12. & seq. c. in istis 3. distinct. 4. Franzk. ad ff. de Constit. Princip.
n. 17. Hahn. ad Wesembco. vol. 1. p. 503. edit noviss. Wiesembach.
P. 1. Disp. 36. 8. 3. Mevius p. 2. Dec. 74. Attamen non negandum,
conditores statutorum ratione Juris CONGRUI hanc constitutionem
forte respexisse, consuetudinemq; exinde magis ratione sua firmari
posse. Non attenta igitur illa constitutione Friderici, solius Con-
suetudinis ratione, Statutorumque dispositioni hoc Jus CONGRUI ex
moribus hodiernis adscribendum & ad Retractum Consuetudina-
rium s. Municipalem, non Legalem referendum est Jus congrui. Ra-
tionem

tionem autem consuetudinis in utilitate publica & privata sitam esse,
In ea ubi de causa finali, agetur, patebit C. allusiu. denom. ex cap. præ-
ced. Quidcumque autem super conivitidine intentionem suam fundat,
is eandem probare debet, quia consuetudo est facti C. i. de Constit. ino.
Facta autem non presumuntur, nisi probentur. l. 12. §. 2. de captiu.
4. Et postlim. rev. l. 1. C. de Probat. Obtinet autem hoc Ius CONGRUI
non nisi in iis provinciis, ubi id specialiter receptum est, ut in Thu-
ringia aliisq; Provinciis extra Electoratum Saxonie Gail. l. 2. obs. 19.
n. 2. item in aliquibus locis nostræ Pomeraniae. Vid. Dn. Stryk.
Disp. de Feud. Pomeran Cap. IV. th. 25. n. 1. Et seqq. Dn. Mev. p. 2.
dec. 30. ubi Stetinensium consuetudinem refert add. p. 7. dec. 108.
ubi apud Stadenses in Ducatu Bremensi idem in usu esse appetet.
De Consuetudine Neapolitanæ Civitatis. vid. Matth. de Afflict.
5. Decis. Neapol. 223. Statutorum non minor ac consuetudinis hoc in-
jure vis est, & statuentium jurisdictioni subjectos coactiva vi obstrin-
git, ipsorumq; res afficit. Mev. p. 2. dec. 30. ad alias vero provincias
haud extendi debent. Nec enim statutum constringit eos, qui sub-
diti non sunt arg. l. cunctas populos. C. de sum. Trin. Et fide cathol.
Eiusmodi statutum Florentiae introductum esse assertit Anton. Mo-
6. nachus Dec. Flor. 24. Impulsiva hujus juris causa est favor vi iso-
rum; idemq; ex voluntate & intentione statuentium efficit, ut po-
tius favorable quam odiosum dicendum sit ejusmodi statutum.
Dn. Brunnemann. ad l. 40. n. 4. ff. de condic. indeb. Tiraqvell. &
pref. n. 68. Principalis enim statuentium intentio colligitur exinde
favorem respexisse, quando persona contra quam quid statuitur ex
nullo delicto odio digna est, ut hoc in casu extraneus. Reinking.
7. de Rer. Consangu. qu. 1. n. 51. seq. Consideratis iis, quæ materiam
Juris congrui remotè respiciunt, transeo ad magis propinquæ & ad
causam efficientem proximam, eaq; est VICINITAS. Vicinus dicitur,
qui habet proximam. l. 2. §. fin. ff. fin. reg. licet non igno-
rem, & illum vicinum dici, cujus ades conspicere possunt l. non solum
de nov. op. nuno. unde fortasse Gallicè dicitur voisin à voire, videre.
Tholotan. in syntagm. Jur. lib. 4. c. 24. n. 4. Et seq. vel quousq;
vox hominis aeclamantis exaudiri potest l. 1. §. 27. ad sc. syllam.
l. 1. §. 20. autem teste ff. ad sc. Territorian. quod alii ad Galli can-
tum excedunt, vicinosq; nominant, qui vicini sui Gallum cantan-
tia usq; ad sic menses per annos non iniquiter.
8. de Rer. Consangu. qu. 1. n. 51. seq. Consideratis iis, quæ materiam
causam efficientem proximam, eaq; est VICINITAS. Vicinus dicitur,
qui habet proximam. l. 2. §. fin. ff. fin. reg. licet non igno-
rem, & illum vicinum dici, cujus ades conspicere possunt l. non solum
de nov. op. nuno. unde fortasse Gallicè dicitur voisin à voire, videre.
Tholotan. in syntagm. Jur. lib. 4. c. 24. n. 4. Et seq. vel quousq;
vox hominis aeclamantis exaudiri potest l. 1. §. 27. ad sc. syllam.
l. 1. §. 20. autem teste ff. ad sc. Territorian. quod alii ad Galli can-
tum excedunt, vicinosq; nominant, qui vicini sui Gallum cantan-
tia usq; ad sic menses per annos non iniquiter.

c autem nomine vicini domin.
Benedell. de j. protimis ad pr. c.

Usufructarius fundi non potest agere JURE CONGRUI 10
contra emptorem, cum res fructuaria non sit fructuarii sed aliena
dicatur l. 52. de Acq. rev. dom. l. 1. de usuf. Imò si Usufructuari. 11
us vult emere proprietatem rei, in qua habet usumfructum, vicinus ve-
rò petit proprietatem jure congrui, tunc præfertur vicinus, per ea
quæ notat Cynus in l. si maritus c. de inoff. testam. Verum hic dubia-
tatur utrum vicinus habiturus sit rem cum usuf. an solam proprietate
rem venditam? Posterior placet, quia esset iniquum usufructu conseqvi,
quem vendor non habuit. M. de Afflict. d. pr. n. 40. Non autem 12
habet locum Jus CONGRUI, si via regalis, vel flumen publicum separat
duos agros l. 17. §. 2. de aqu. & aqu. pluv. arc. M. Manua l. c. n. 53.
M. de Afflict. de zur. Prot. §. 9. n. 12. Secus est si rivus sit privatus vel
via privata sive vicinalis, aut vicus aliis interveniat, quia ista non
dicuntur separare conjunctionem l. 6. fin. reg. Sic & via publica
non dicitur obstare, quando quis conjunctus domui vicini per pon-
tem sive superficiem supra viam publicam, ut Boleslaviz & in aliis
Silesia urbibus observavi in viis an den Durchfahrtē vulgo dicit. V. M.
de Afflict. c. l. n. 13. l. ult. fin. reg. l. 9. l. n. l. 12. §. 4. c. de Edif.
priv. Dn. Struv. in differt. pro loco de jure edific. privat. Zene 12.
Dec. 1646. habita tb 41. Qvod si concurrunt vicinus conjunctus 13
cum horto & aliis vicinus mediante domo, hic præfertur illi, cum
rusticus non trahat ad se urbanum arg. l. fundi d. A. E. Si autem
non adesset vicinus conjunctus cum domo, ille præ ceteris remoti-
oribus Jus CONGRUI haberet; Nam hortus serviens domui pars do-
mus habetur l. 91. de leg. 3. D. Ahasver. Fritschius de Jure hortor.
tb. 6. M. de Afflict. Dec. Neapol. 223. Si pluribus vicinis ratione 14
conjunctionis camperat Retracty, res illa evicta JURE CONGRUI divi-
detur proportionaliter inter eos, & unusquisque recipiat portionem
suam secundum magnitudinem conjunctionis, quæ est juxta rem
venditam arg. l. 1. c. de imputetal. l. un. c. quand. non peren. part. ad
crese. M. de Afflict. de zur pret. §. 7. n. 5. Quid autem agendum, si
res sit stabilis, indivisibilis, num ei competit in solidum, qui primo
ad judicem emptorem provocavit? Resp. qvod sic: quia sibi vigilan-
do jus quæsivit. c. 54. de R. J. in 6. l. 33. in fin. de leg. 1. V. Gilhaus.

83

arbor.

arbor. judic. p. 1. c. 8. §. 350. Duobus vero simul provocantibus
potior erit, qui majore parte rei cintæ conjunctus est arg. l. 5. fam.
bercisc. Johann. à Sande. l. 3. tit. 5. d. 9. quod si non apparet res lor-
35 te orimatus arg. l. 3. c. commun. de leg. l. 13. 14. 29. de judic. Quid si
concurrit consanguineus cum vicino? Consanguineus est praefec-
rendus Hondæd. vol. 1. p. 1. Consult. 3. in pr. M. de Afflict. deo
16 Neap. 436 & addit ad eandem. Nam omni jure firmatum est hoc
jus ut bona majorum in familia permaneant. l. 1. §. 13. de Vestr.
inspic. l. 185. §. familia d. v. s. & extranæ in manus non petren-
tandæ sive in emptionem 35 ff. de Minor. l. in fundo 68 off. de R. V. l. lex
37 que tutores 22. vers. nec vero domus C. de adm. tut. Crociat. Mev.
ad Jus Lub. lib. 2. tit. 7. art. 1. b. 2. Jus CONGRUI vero saltem ex te-
cepta consuetudine competit vicino & eo tantum in casu procedere
videtur, quando non extat consanguineus. Qvod autem consue-
tudo vel statutum disertis verbis ac certa demonstratione non dicit,
Id nec nos dicere sive subauditos per intellectus supplere oportet
Johann. Goedd. Consult. Marburg. lib. 1. Conf. 26. n. 155. id circa
quando specialis hic casus, ut vicinus præferatur consanguineo non
est receptus, nec in statutis expressè decisus, tunc consanguineus alio
non consanguineo jus vicinitatis habente, potior erit. Richter.
17 p. 2. Dec. 76. n. 85. seqq. Si vero consanguineus concurrit in Retra-
ctu cum consanguineo jus vicinitatis habente, tunc privilegium vici-
nitatis potentius quam sanguinis; quia id competit ratione rei, non
ratione personæ, ut hoc. Matth. de Afflict. l. c. §. 8. n. 2. Ratio-
nem hic scias prælationis esse subiectum, quod reale est, i. e. rem,
18 quæ venditur, in qua habet vicinatem. Ultimum, quod circa vici-
nitatem reputandum erit, in eo consistit, quod quibusdam in locis
sola vicinitas hoc jus non tribuat, sed requiritur, ut pars, quæ fait
vicinitas prædio quondam unita fuerit das sic eines Lehens und Bin-
ses und zuvor zusammen gehörig gewesen. Consult. Princ. saxon. art. 28.
Cothmann. vol. 4. conf. 42. n. 3. Mevius ad Jus Lub. lib. 2. tit. 7. rubr.
19 n. 18. Sic & in prædiis Urbanis jus retractus locum non habet pro-
pter solam vicinatem, sed quando domus uno testo unita &
urum respiciunt dominum wenn beyde Häusern eine gesamte Maus-
ter zwischen sich haben/ darauff beyde Häuser ruhen / daher eine ge-
samme Dachgasse oder Gangen halten müssen. arg. corrum quæ
tradit



eredit Cothmann. d. 2. Quid si tamen vicinitas sibi circumstantis 20
 fuerit munita, puta, si adeat ignis periculum, et quod sit sicut vel ipsa
 utilitas publica, ut vicinus teneatur vendere vicino. per L. f. c. de
 pact. in tempore. Tiraqvell. in tract. de Jure Præsum. b. 12. Meyius
 ad f. Lub. lib. III. Tit. 12. n. 12. seqq.

CAPUT III.

CAUSA MATERIALI.

Connexio.

1. Quomodo res immobiles di-
vidantur.
2. Ratio cur Ius Congrui potius in
immobilib⁹, quam mobilib⁹ obtineat.
3. Prædia urbana & rustica quæ
4. Horti numerantur diverse respectu
tam inter urbana, quam rustica præ-
dia.

5. 7. 8. 9. 10. Quid circa fructus statu-
tes & pendentes observandum.
11. Admittunt etiam Ius Congrui
usufructus.
12. Annui reditus.
13. Præsupponitur autem licita redi-
tum emptio venditio.
14. Idem de jure pascendi statuendum.
15. Quænam excipiuntur à I. Congrui,

Exclusa causa efficiente, progredior ad causam materialem, quam
definitio per RES IMMOBILES hisq; AEQUIPOLLENTES innuit. Res
autem quomodo in vario discrimine sint ac proinde & diverso iure
habentur, hic fusius demonstrare supersedeo, quia omnibus, qui alii
qualem Juris cognitionem habent, id ipsum satis superq; notum erit.
Vid. tot. r. de divis. Rer. Et qual. Circa res immobiles, quæ
etiam res soli appellantur pr. f. de inut. stip. observandum, quod
in naturaliter & civiliter tales dividi possint. Quæ divisio, licet pro-
prie rerum corporalium sit, analogè tamen eam etiam ad incor-
porales ex natura subjecti, cui cohærent, referri posse, nullus dubi-
tatio. Hac ratione immobilibus accedunt res incorporales, quæ sua
natura neq; mobiles sunt neq; immobiles, sed tertium quoddam ge-
nus constituant. l. 7. §. 4. ff. de pecul. l. 1. c. de Prætor. pign. Et
pro immobilibus habentur, quod rei immobili cohærent, ut suus
Jurisdictio, servitutes, reditus annui, Ius pascendi &c. nec non Acti-
ones, quibus res immobiles persequimur. l. 2. c. de serv. Et ag.
l. 10. §. 1. de usucap. Vid. Gail. 2. obs. II. n. II. Conf. l. unic. c. de
usucap. transform. item Nov. 7. in pr. v. vult enim ille. Ratio 3
autem cur in rebus immobilibus potius, quam in mobilibus hoc jus
obtineat, non tam vilis & abjecta mobilium possessio est. l. 47 Et
ibi. gl.

ibidem gl de acqu. poss. & qvia immobilis longè digniora sunt l. 15.
pr. qui facit d. cog. Sed qvia consuetudinis & statutorum ratio in
hoc JURE CONGRUI qvoad mobilia cessat, qvæ se fundat in mali vicini
repulsione, ne ob confinium lites oriatur. Si vero cum immobilibus
mobilia simul venduntur, tunc accessionis nomine competit
Retractus l. 1. §. unde vi l. pes. qui facit d. cog. & immobilia tan
qvam potiora & magis trahunt ad se mobilia, ut minus potentia
& digna, ut eodem jure, eadem in re censeri debeant, non è diverso.
4 l. 22. de usuc. l. 3. de divers. & temp. Sutor. cap. 4. tb. 54. In im
mobilibus, ut de naturaliter talibus prius loquar, sunt prædia tam
urbana, qvam rustica, Urbana dicuntur, qvæ ad usum Urbanum,
Rustica, qvæ ad usum rusticum spectant, sive in urbe sive extra ur
bem posita sint; neq; enim locus sed usus facit prædium urbanum
vel rusticum l. 211. l. 180 de v. s. ibi Goedd. Schneidew. pr. l. de serv.
5 rust. & urb. præd. n. 7. Horum jure, diverso tamen respectu, cen
sentur etiam horti sive voluptatis sive utilitatis gratia coluntur.
l. 198. de v. s. Si enim ullibi certe hic Jus CONGRUI attendendum
erit propter mala ex malâ vicinitate succrescentia ratione termini
moti, arborum furtim cæsarum vel spoliatarum Conf. Dn. Friisch.
6 de jur. hort. tb. 4. & seqv. Circa fructus stantes & pendentes, ceu
sunt segetes terræ, uva vitibus, poma ac pira arboribus cohærentia,
7 non levis oritur qvæstio: an huic Retractui subjiciantur? De J.
Communi, cum pars fundi, vineæ, horti, agri &c. (qui immobi
les sunt Vid. l. pes. c. ae servit. l. un. c. de usucap. transit) esse vi
deantur l. 44 de R. v. l. f. §. 4. §. 5. qvæ in fraud cred. immo
bilium jure censentur & sic Jus CONGRUI æque locum inveniret in
his ac in aliis immobilibus; maximè, si considcremus molestiam &
incommoda, qvæ fructuum collectionem comitantur, nec raro
8 sine damno & injuria vicini. Dn. Schult. Disp. cit cap. 3. n. 10. &
seqq. De J. Saxonico autem inter res mobiles referuntur, & jus
percipiendi fructus estimatur non tam ex fundo qvam ex cultura,
qua peracta fructus possessori jam acquisiti censentur, ut maximè
percepti nondum fuerint Landrechte Art. 58. lib. 2. & lib. 3. art. 76.
§. Sitrbet aber Carpzov. part. I. c. 28. def 124. O p. 3. c. 13. D. 9.
9 Relicta hac distinctione vestigiis Immanuelis Sutorii inhærente ne
qveo, sed potius subscribo sententiam eximii Tiraqvelli, utpote qvem
ipse

ipse Sutorius seu Ante signatum ac autigam in hac materia securum
esse facet. d. rr. c. 4. rh. 51. Ille fructus pendentes à JURE CONGRUI
excludit. de Retr. lignagier. §. 1. gl. 7. n. 42. 43. 44. 45. 46. Nec ¹⁰
valet consequentia: Qvod Juris in toto, ut hic in fundo, idem in
parte, scil. fructibus, quando diversa totius & partis ratio adest.
Nam quia ratio finalis JURIS CONGRUI, ne vicinus malii communitas
viciniam turbet, in iis deficit, huic retractui locum haud facient;
neq; tamen ad immobiles quam mobiles res spectant. Finis enim rem
qualis sit, demonstrat. l. 25. §. 1. de usufr. c. fraternitatis §. f. extr.
de frig. & malef. Mart. Pegius vom Borkauff libr. 1. c. 2. Gl. in §.
sciendum 2. F. 1. l. 44. ff. de R. V. Argent. de laudem p. 29. Marant.
consol. 68. n. 2. Tranlio jam ad RES IMMOBILIBUS EQUIPOLLENTEs, ill
interq; has primo loco usumfructum numero: Ancequam vero rem
ipsam accedo easq; confirmo, prius inquiram: an ususfructus
vendi possit? Ob etiis die Missierung seiner Güter verkaussen können?
quod affirmo. Vid. Tit. Quae res venire non possint. Item l. 8. §. ult.
ff. de per. & comm. rei vend. non quidem ita, ac si concedam ipsum
iuris ususfructus, quod personale est, sed tantum commoditatē percipi-
endi fructus vendi posse, eaq; propter ejusdem etiam in venditione
obtinere Jus CONGRUI. Vid. l. ab emptore ubi gl. 49. de Evid. l. 4.
de usufr. l. 76. §. 2 de Leg. 2. l. 58. de V. o. Nam quia præter ratio-
nem hujus juris prægnantem, ususfructus est pars dominii, vel fundi
& sic conseqventer quasi immobilis. E. & velut totum Jus CONGRUI
admittet. l. 78. de R. V. Vid. Matth. de Afflict. d. l. n. 5. Imol.
c. nulli n. 15. de reb Eccl. non alienand. Bald. c. 1. in verb. annua
de controv. int. Episc. & vasall. libr. 2. F. Tit. 20. Reputantur ¹²
etiam inter immobilia vel potius inter æquipollentia immobilibus
annui reditus, cum principali suo, unde proveniant ad perpetuum
tempus duraturi nondum perceptioni obnoxii. Vid. Bertrand. Argen-
tratum ad Jus Britannic. art. 219. gl. 5. n. 4. 5. & de Laudem p. 52.
& 53. Si enim res unde solvuntur sit immobilis. Jährliche Zinse aus
unbeweglichen Gütern / nullum dubium, quin inter immobilia rese-
rendi sint. Tiraqvillus de Retraict. Lignagier. §. 1. gloss. 6. n. 4.
adducens l. si quis inquilinos ff. de Leg. 1. & l. jubemus nulli in pr.
& ibi gloss. in verb. annonas c. de ss. Eccles. l. hac edictati §. bis illud.
c. de secund. nupt. l. quemadmodum c. de agri & cens. hoc expresse
R probare



probare videtur. Bald. in Clem. i. ex i. vi. §. cumq; anni reddit de v. 5.
Schneidewin. I. de hered. qua ab intest. Rubr. de success. inter virum
¶ uxor. n. 33. 34. Item 2. Feud. i. §. sciendum. ¶ 2. F. 20. qvippe
res secundum subjecta sua, qvibus coherent mobiles censeri possunt
vel immobiles. Nov. 7. in pr. vult enim ille. l. 3. de diverf. ¶ temp.
prescr. Dux ad perpetuum tempus duraturi, es müssen Erbginsfer-
sen / qvod aliás 30. annis computatur. Gail. l. 2. obs. 10. n. 2.
Carpz. P. 1. C. 1. D. 6. Const. Elect. sax. Aug. p. 3. c. 24. Dn. Brunn.
ad l. 14. C. de ss. Eccles. Vid. Bert. Argent. d. l. p. 83. Additum
est & supra, nondum perceptioni obnox i. ut si dies solutionis non-
dum venerit: unbetragte Rente und Zinse / cum aliás die solutionis
elapso: Wann sie betrage und fällig seind / mobilibus statim sine
accensendi. d. constiz. Elect. 24. Gail. c. l. n. 3. Ut autem Jus CON-
GRUI locum habea, p̄cipit supponitur emtio & venditio rediteam, eaq;
licita. Hac verò jure fieri potest; ut enim Contractus E. V. tribus
suis Substantialibus, consensu sc. re & pretio absolvitur. Ita hic con-
sensus in contrahentium conventione de re certo pretio emenda &
vendenda. Merx seu res vendenda in jure redditum, pretium in
pecunia consistit. Gail. L. 2. obs. 7. n. 5. eaq; emtio venditio licita est
secundum Reformat. Polit. Aug. de ANNO 1548 tit. von wucherlichen
Contracten, §. und nachdem die Wiederkauſſ. Gülden versl. So
ſollen mit 100. fl. Haupigeldes nicht mehr dann 5 fl. Jährlicher Gü-
lden / wie gebräuchlich gekauſſt werden. Nov 7. c. p. 2. Sic igitur
probata emtione & venditione redditum Jus CONGRUI cadere in
eosdem afferere non dubito, in primis si Retractus Vicinitatis ad
modum Retractus Consangvinitatis sit introductus. Sic Mechlinensis
consuetudine expreſſe eautum est, si annus redditus vendatur extra-
neo non fundi domino, qvod dominus fundi istum redditum retrac-
here possit, qvia ejus major habetur ratio, qvam consangvinei
ſocii, aut vicini, propter favorem liberationis & redemptionis fun-
dorum utri ex Paulo Christ. ad Consu. Mechlin. demonstrat Sande
Sur. decif. l. 3. tit. 5. d. 3. Dn. Schultz. diff. cit. cap. 3. n. 28. Et prece-
14 Idem obtinet in jure pascendi: praesertim si rustici, qui vicinos
fundos colunt & qvibus hæc servitus debetur, p̄cipuum fructum
ex pecore colligant, ut est videre in Hercynia Sylva Myns. ad §. 2.
l. de serv. Rust. pred. & in Prato Sundensi auf der Gründischen
Wische.



Wische. Nam cum & illud jus cohæret ipsi fundo, proindeque
reale sit l. 4. d. 2. in venditione illius potior erit vicini quam extra-
nei causa. Eximuntur autem à JURE CONGRUI quædam res vel ex 15
ipsarum natura, vel ob conditionem emitoris, vel singularem, ad
quæm destinatae seu comparatae sunt, finem. Ex ipsarum natura se
offerunt res mobiles, de quibus supradictis prædictis capitulo. Mobilia
autem corpora dicuntur omnia, quæ apta sunt suum mutare sicutum,
& localiter transferunt, natura & usu, licet sint ingentis ponderis,
ideoque difficulter moveantur, ut naves, obelisci, lapides ingentes.
Bertr. Argent. ad f. Brie. art. 408. gl. 2. Hinc domus quoque
exemptilis, quod solo affixa non est, aut si affixa sit continuo eximi
potest & solet inter res mobiles referenda & Retractum non admittit.
Prout Nobilissimi Dnn. Scabini Lipsienses Mens. Maj. An. 1607.
versus Zorgau pronunciaverunt, tenor sententiae: Es were denn/ daß
das streitige Gebäude nicht in den Grund / sondern bloß darauf gesetzt
werde / auf solchem Fall hätte das Mahner-Recht nicht statt. Sic non
continuo Diogenis dolium immobile censendum, quod eodem vice
domus uteretur. Nam omne mobile, quantumdum sui corporis &
naturæ est & per se censetur, in sua natura persistat & Retractui
locum non facit, Accurs. in §. cum suo in verb. inedificari. pr.
J. de R. D. l. 1. §. 8. de vi Cr. vi arm. l. 6. de A. R. D. Effugiant quoglibet
Retractum Machinae bellicæ. Cujusmodi sunt sulphuraria, tor-
menta militaria, reliquaque belli munimenta & apparatus; quæ vel
una cum fundo venduntur, vel separatim; si unam nullum est dubium,
quæ in retractui sit locus. Sin separatim, loco mobilium ejusmodi
machinae habendæ. Vid. l. 25. §. 1. de Leg. 3. l. 76. de contr. emt.
l. 17. l. 18. l. 54. §. 1. de A. E. nec Retractus locum habet. Ob con-
ditionem Emotoris sunt res venditæ Principi, quæ Retractui non sub-
iacent, utpote cuius & ipsas leges Deus ipse subjecit, legem animatam
mittens hominibus. per Nov. 105. c. 2. in f. l. 31. de LL. Ad singu-
larem destinatae sunt finem res venditæ ad usum prium vel publicum.
per. l. 14. c. de oper. publ. l. 65. §. 5. pro sociis.

B 2

CAPUT IV.

CAPUT IV.

CAUSA FORMALI.

SUMMARIA.

- F**orma Jur. Congr. in qvo consistat.
 2. Quid si contractus sit nullus.
 3. Qvis nullitatem allegare posse.
 4. E.V. sit vel purè vel non purè per adjectionem.
 5. Dici, vel
 6. Conditionis.
 7. Perfectio quatuorplex & quando E.V. dicatur perfecta.
 8. Locum habet Jus Congrui in casu reservati dominii. Item
 9. Quando pactum Retrov. adjectum & L. Commiss. vel additio in diem addita.
 10. Item quando pactum, ut res sit in rem additum.
 11. J. Congrui in datione in solutum.
 12. Hila vel spontanea vel necessaria.
 13. In utraq; Jus Congr. locum habet.
 14. Limitatio.
 15. Dubium circa necessariam.
 16. Idem ex addictione.
 17. Missione in bona.
 18. In caso impetrati dominii.
 19. Item facta alteri cessione cum opere satis faciendi creditoribus.
 20. Alterum requisitum, justi ac integrum pretii oblatione.
 21. Rationes.
 22. Secus est, si non totum pretium ab emptore fuit persolutum.
 23. Non sufficit verbalis oblatione.
 24. Compensatio loco solutionis est.
 25. Quodnam justum pretium.
 26. Solutio in proba moneta, sed non rite teneatur semper in eodem numerorum genere facienda.
 27. Hoc Limitatur.
 28. Tempus solutioni destinatum at tendenda.
 29. Quid facta mutatione valoris.

monetæ durante tempore Retrac^{ti} statuendum.
 30. Quando vicinus non teneatur de augm^{to}nto.
 31. Sumptus etiam sunt restituendi.
 32. Et impensæ necessariae & utiles.
 33. Hoc ampliatur.
 34. A n & quando retentio pro ucloramentis competat.
 35. Impensæ sint liqvidæ.
 36. Liqvidum qvid.
 37. Cautela quoad Retractum.
 38. Qvis effectus hujus Cautelæ.
 39. Particularis oblatio cum cautione pro residue admittitur.
 40. 44. Neq: modicæ nec immenedice impensæ repeti possunt.
 41. Quid sit die Güter in Dach imid Sach halteb.
 42. Res transfit cum suo onere.
 43. Postremum requisitum Pactorum & Temporis observatio.
 44. Prota vicinus tenetur observare nisi in fraudem adiecta sint.
 45. Retrahens succedit in locum primi emptoris.
 46. Simulatio unde colligi possit.
 47. Tempus Retractus varium.
 48. Communiter Annus & Dies.
 49. Annus Civilis & Saxonius.
 50. Currit tempore perfecti contractus.
 51. Ratio.
 52. Scienti, non ignorantibus currit.
 53. Ignorantiam allegans quando iurare teneatur.
 54. Qyomodo ignorantia probari possit.
 55. Qualis requiratur scientia.
 56. Necesse ut sciat precij quantitatem retrahens.
 57. Ped



60. Pendente ob venditionem pri-
 mam lite, non currit tempus re-
 trahenti.
 61. Denunciatione opus.
 62. 63. Rationes.
 64. Distinctio, quando sufficiat sola
 scientia, quando vero non.
 65. Omnes circumstantiae & qualita-
 tes vicino notiscentur.
 66. Praescriptio retrahendi predii si-
 mulato contractu venditi à die de-
 tectae fraudis currit.
 67. Dies detectae fraudis quomodo
 computetur.
 68. Pretium quomodo possit patescere.
 69. Denunciatio etiam in venditione
 præsenti aut testato fieri debet.
 70. Semel facta sufficit.
 71. Qvibus fieri debet.
 72. Quomodo interrupatur pra-
 scriptio.
 73. Quis judex competens in causa
 Retractus.
 74. Effectus denunciationis.
 75. Renunciatione expresse semel fa-
 cta non amplius admittitur peni-
 tens.
 76, 77, 78. Rationes.
 79. Hoc ampliatur.
 80. Pactum de non agendo Interempto
 rem & venditorem emtori prodest.
 81. Facilius jus quærendum amittitur
 quam quæsitus.
 82. J. Congrui cum re cedi potest.

Formalis Causa, qvæ hoc capite dispicienda venit, consistit IN EMPTI-
 ONIS VENDITIONIS SIMILISVE ALIENATIONIS PERFECTIONE, JUSTI
 PRETII SOLUTIONE, PACTORUM TEMPORISVE DEFINITI OBSERVATIONE.
 Primo igitur ante omnia vicinus respicere debet, an emptio vendi-
 tio s. alienatio sit perfecta h. e. utrum de certo pretio circa rem jam
 inter partes jure permittente convenerit, & sic obligatio & actio
 utrinq; nata sit, nec ne? Si enim venditio sit nulla, Retractui locus
 non erit; qvia Lex vel statutum loquens, de venditione, intelligi-
 tur de venditione valida. arg. l. 3. §. condemnatum. 6. ff. de re judic.
 l. non putavit 8. §. non queritis 2. ff. d. bonor. poss. contr. tab.
 Emotor autem allegans exceptionem nullitatis audiendus non est. ille
 à quo 13. §. 1. ad Trebell. Tiraq. d. R. M. 5. 1. gl. 2. m. 10. II. O 530
 Gradfin. 2. n. 43. cum ipso etiam iuvito res retrahi posuit. Joann.
 à Sande in decis. aur. lib. 3. 2. 5. def. 4. sed venditor nullitatem con-
 tractus allegare potest. L 13. §. 27. O seq. ff. d. A. E. l. 6. C. de arb.
 zutel. Struv. Exerc. 8. th. 28. Zœf. ad ff. d. dol. mal. n. 3. Qvod si ta-
 men venditor nullitatem non opponat, tunc Retractus locum habe-
 bit & fatale ab eo tempore computandum erit, qvo ea venditio, nulli-
 ta in principio robur accepit vel per expressam approbationem vel
 tacitam, ex lapsu scilicet temporis, sec. l. f. C. ss major. fact. Sutor cit.
 l. th. 207. Fit autem E. V. vel purè & simpliciter, ex qua statim agi
 potest. l. 213. de V. s. §. 2. d. V. o. vel non purè per adjectionem diei

5 vel conditionis. Dies adjicitur, vel ut terminus ad quem vel à quo.
Priori modo facit dies E. V. puram §. 3. l. 56. §. 4. d. v. o. jun-
cta l. 44. §. n. d. o. & a. Posterior adjectio non puram facit venditi-
onem, quatenus ex eā ante diei existentiam agi non potest, licet ex
obligatione jam nata sit actio l. 46. d. v. o. obstante exceptione plus
6 petitionis. §. 10. l. d. Except. Suthold. Disput. 14 aph. 19. Conditionis
adjectio non solum exactioem sed & ipsam obligationem su-
spendet l. 213. ff. d. v. s. & hinc pendente conditione contractus non
censetur perfectus l. 7. pr. d. contr. emt. l. horum §. 9. d. edict. & l.
12. de cond. instit. etiam si res tradita & pretium solutum sit. l. 8. per.
& comm. rei vend. ibiq; Dn. Brunneum. n. 12. Qvod si jam venditio
facta sit sub conditione vicinus retrahere non potest, quia emptio &
venditio non est perfecta: d. l. 8. pr. d. per. & comm. rei vend. arg.
l. 48. §. pen. d. edil. edict. Aliud est, si traditio subseqvat hoc mo-
do, ut res statim sit emptaris l. 4. c. d. paci. inter emt. & vend. l. 5.
& l. fin. d. L. Commiss. conf. l. 7. §. 2. vers. quid ergo inf. d. jure do-
tium. Simplex autem traditio cum conditionali E. V. parem ope-
ratur dominii translationem. Tiraq. §. 1. gl. n. 33. arg. l. 7. de con-
tr. emt. arg. d. l. 8. d. per. & comm. rei vend. l. 37. in fin. d. contr.
7 emt. Qvt omnia a retrahente, qui in locum emitoris succedit, ob-
servanda sunt. Necesse igitur est, ut Ematio Venditio perfecta sit,
quæ perfectio triplex est. V. Schneidvyn. in rubr. n. 3. d. E. V. Si-
chard. l. 1. c. d. per. & comm. rei vend. Idiotæ in Thuringia & alibi,
quando volunt significare emtionem celebratam eamq; perfectam,
dicunt, quia nos partes super hoc biberunt. (Wir haben den Leipzig
gegründet.) Schneid. in rub. n. 15. d. v. o. Locus etiam Congruo est in
casu reservati dominii, si res vendatur reservato dominio directo,
donec pretium solvatur, quod tribus sorte vel 4. annis solvendum
erat. Tiraq. c. l. n. 39. quoniam enim hoc pactum vel reservatum
est de natura omnis venditionis per l. quod vendidi 19. ff. de contr.
emt. & non contractui sed traditioni additur, quippe quæ domi-
nium transfert per l. 20. c. de paci. idq; non ipsum contractum mo-
dificat aut suspendit, sed tantum per illud effectus traditionis suspen-
ditur, pro pura ea venditione est habenda. Videatur Dn. Brunne-
mannus in Disp. de venditione facta ad tempus & ad mens. 23. X br.
Anno 1653, habita & comment. ad ff. tit. de per & com. rei vend. in
fine.



fine subnexa §. 22. Idem statuendum, quando pactum retrovendi-
tionis adjectum est; & L. Commissaria vel additio in diem addita.
l. 2. ff. de in diem add l. 1. ff. de L. commiss. M. de Afflict. §. 3. n. 21.
In illa venditione, ubi pactum adjectum, ut res retrahere volente vi- 10
cino sit empta, cum illud in fraude vicini appositorum videatur.
etiam Jus CONGRUI locum habet Tiraqvell. d. l. n. 59. & 60. non
vero si fraus absit. v. g. si vicinus sit amicissimus extraneo M. d.
Afflict. §. 6. n. 12. & 13. Quando autem supra in definitione dixi,¹²
formalem causam consistere in E. V. similius alienationis perfecti-
one; jam explicatum reddam, quæ ratione etiam aliis modis res
Retractui obnoxiae fiant. Ubi primo loco consideranda venit datio
in solutum, quæ est actus, quæ res aliqua invito vel volenti creditori
ad tollendam obligationem, conceditur l. 40. §. ult. d. minor. l. 5.
ad SC. Vellej. l. 6. c. de o & A. l. 1. c. si ant. cred. N. 4. c. 3. Eaq;¹³
duplex, alia spontaneæ, s. conventionalis, quæ sit per conventionem
partium l fin. c. ex quib. caus. in poss. l. 4. c. d. evict. l. 44. d. so-
lut. l. 24. d. pign. act. l. 9. c. de resc. vend. cum debitor ultrò &
sponte sua rem creditori volenti in solutum dat. Roland. à Valle Conf.
21. n. 29. vol. 1. per textum in l. 9. c. de resc. vend. alia invita &
necessaria, quæ sit invito debitore, imò interduci invito etiam &
nolente creditore t. t. si in caus. jud. Rec. Imp. de Anno 1654. §. 172.
Nov. 4. c. ult. & inde desumpta Auth. Hoc nisi c. de sol. cum per
viam judicii prævia estimatione creditori debitoris bona assignan-
tur l. 15. §. 3. Dd. d. re jud. In utraq; Jus CONGRUI locum habet:¹⁴
obtinet enim datio in solutum vicem emtionis venditionis l. 4. ubi
Dd. de Evict. Hondæd. vol. 1. p. 3. cons. 30 n. 35. Ita & evicto cre-
ditori prædio illi utilis adversus debitorem ex empto competit z.
Qto l. eleganter. 24. in pr. d. pignor. aet. v. l. 4. §. Authoris. 31.
d. dol. mal. met. except. l fin. ff. ex quib. caus. in possess. eat. Ubi
sit Ulpian. is, qui rem in solutum accepit emptori similis. Et ratio
Retractus syadet, quippe perinde contra ejus mentem sit, si res
extraneo in solutum detur ac si ipsi vendatur. Pin. ad l. 2. c. d.
rescind. venditione part. 1. Cap. 4. numer. 8. Haec procedunt, 15
cum datur fondus seu alia res immobilis in solutum debita
pecunia, secus est, si in alterius speciei debitæ solutorum darur,
cum enim solvitur species pro specie est quædam permutatio. Luc.
à Penna



1. Penna in l. 2. col. 2. C. de pred. decur. lib. 10. Franc. Aretin. Conf.
122. & Alex. Conf. 52. vol. 1. Qvod attinet necessariam, majus est du-
biu[m] verum, si consideremus, qvod à voluntate originem habeat, ut
in simili dicitur in l. 17. §. 5. Commod. nihil obest, qvin idem dicamus
& hic: Conseqvens enim est, qvicq[ue] vid inde sequitur voluntarium
qvoq[ue] estimari. Imò beneficij loco erit ipsi creditori in necessaria
seu legali datione in solutum, si retrahat vicinus; Dum enim invi-
tus aliud pro alio accipit in solutum Nov. 4. e. 2. Jus CONGRUUS
liberat ipsum ab hoc onere, pretiumq[ue]; pro re ex voto assignat. Et
deniq[ue]; Argentr. d. laudem dicit p. 26. 27. ejusmodi dationem in so-
lutum veram & formalem esse venditionem, & in hac concurrendo
substantialia venditionis, nisi qvod s[ecundu]m invitò fuit domino, sed par-
tium factum tum à judice representatur. Nam subhastatione prae-
cedente ad qværendos emtores, ex justo arbitrio plus licitantes pre-
tium constituitur, aut hoc non existente ex subtili estimatione Judex
pretium determinat, qvod ipsum si vicinus solvere velit, ipsi prædi-
um vendit, creditorq[ue]; parcam pecuniam recipit. V. Ludovic.
Posthium de subbastat. inspect. 36. n. 18. Imman. Sutor. l. c. c. 12.
17. ib. 263. Dn. Schultz. diss. cit. cap. IV. n. 16. Idem statuo, si non
creditori, sed extraneo bona per judicem facta subhastatione addi-
cuntur. l. 136. d. R. 3. Addictio enim non creditori sed extraneo post
subhastationem facta pro verâ & propriâ venditione habetur.
Tiraqvell. sepius allegat. loc. §. 1. gl. 14. n. 18. & gl. 9. n. 272.
18. Bened. d. l. §. causa vero dotis n. 14. 15. Bl. Perus. n. 13. Eadem
ratione ex causa missionis in possessionem ex secundo decreto, ex
qvo dominium usucapiendo conseqvi potest immisus. l. 5. pr. inf.
19. d. damn. inf. erit Congruo locus. Ut & in casu impetrati à Principe
20 dominii ex tenore. l. 2. c. d. 3. dom. impetr. Retractus seu Jus
CONGRUI etiam locum habet facta alteri cessione cum onere satis-
faciendi creditoribus. Ratio dubitandi est, qvod nullum omnino
pretium neq[ue] certum etiam sit, cum tamen certum esse debeat §. 2.
l. d. empt. vendit. Cujus id onus satisfaciendi creditoribus pars esse
possit l. 6. §. 1. in verb. non intelligitur. A. E. sed hic distinguen-
dum: aut simpliciter facta est cessione cum onere satisfaciendi; aut
modicum intervenit pretiu[m]; priori casu debita sunt certa & in pe-
cunia, ejusmodi cessione hanc dubiè vim venditionis habet & etiam
expresse



expressè venditio dicitur. in l. 67. §. 2. d. condic. indeb. Parum enim
venditoris refert, an ipsi solvam certum pretium, an creditoribus
illius eō mandante tantum pecunia. Posteriori casu onus venditioni
appositum pars pretii censetur. l. fundi partem 79, & ibid. Bald.
d. contrah. emt. l. 21. §. 4. d. A&I. emti. Vid. Tiraqvell. all gl. n. 115.
116. & 123. Pinel. 2. part. rubr. c. de reso. vend. e. i. n. 18. Immanuel
Sutorius l. sapius cit. cap. 12. th. 264. Alterum in JURE CONGRUI 21
reqvisitum est, ut vicinus retracturus justum pretium, idque etiam
integrum, offerat emtori. per l. 9. c. de solut. l. 72. cod. Ne unicō 22
quidem numō demtō. Non enim esset æqvum, ut ab emtore res
emta retraheretur, & is quoq; pretium amitteret aut ipsius partem;
Et sic dupli onere & jactura afficeretur. contr. l. navis 4. §. cum
autem 2. & quid ergo ad l. Rhod. d. jact. Formæ enim omissio in 23
minimo etiam totum vitiat actum, ut voluerunt Bl. & Imol. in l. 1.
d. lib. & postibum. Nam formæ nihil adimi vel addi potest, ut ait
Bald. in l. f. col. 2. c. de suis & legit. facit l. 8. §. sed et si d. transact.
Accedit, qvod emtor debeat indemnī abire. l. 27. d. ædit. edict.
Sic & secus est, si non totum pretium ab emtore fuit persolutum, 24
sed emtori pro parte pretii habita fides fuit. Retrahens enim in jus
& vestigia emtoris subintrat. Benedell. d. l. §. in primis n. 85. Si
autem, retrahens sit homo exiguae fidei, emtor satisfactionem ab eo
exposeat solutionis nomine Tiraqvell. d. R. M. §. 1. gl. 11. n. 20. & 22.
Atq; ita non sufficit verbalis, sed realis oblatio. l. 34. in f. d. stat. 25
lib. l. 72. d. solut. l. 13. §. 8. d. A. E. l. 2. c. d. pac. int. emt. Verbalis
enim pretii oblatio intra annum facta non sufficit, sed realis reqvi-
ritur Wesembec. conf. 73. n. 75. Nec offerens pignora & fidejussores
audiendus, qvia offere aut dare fidejussores, non est solvere l. 4.
§. 3. d. re jud. ubi condemnatus solvere non liberatur dando idoneos
expromissores. Peck. d. jure sistendi c. 45. n. 2. nec cedens nomen
vel actionem per dd. II. Compensatio autem solutionis loco esse 26
potest, modo in terminis liqvidis consistat vel ex confessione adver-
sarii vel ex genere qvæstionis vel ex celeritate probationis. Zanger.
d. except. p. 3. c. 8. n. 95. seq. Vid. l. 4. qui pot. in pign. l. 70. d. V. s.
ubi Goedd. Gail. 2. obs. 17. n. 10. Seb. Medic. d. comp. qv. 7.
Qvaritur autem, qvodnam dicatur justum pretium? hac in qvæ- 27
stio-



stione tot judicia, qvot capita invenies. Nonnulli id dicunt (1) quantum capiunt redditus prædii viginti annis &c ideo si domus locetur quinque annuatim, valebit centum. *L. pen. pr. de reb. eor. qui sub tut.* Sic augent pretium agrorum stantes adhuc fructus. *L. in Falcid. ad L. Falcid.* (2) vel de qvo testes deponunt, qvod communi estimatione tantum valeat & communiter tantum venderetur ex Brun. in *L. 62. ad L. Falcid.* (3) Sive de qvo constat per relationem peritorum assumtorum per Judicem adhoc præstito juramento, qui inspectare judici referent. Ein billiger Taxt. *L. 6. §. 1. c. de seq. nupt.* Vid. Hasted. *L. vol. III. conf. n. 45. 46.* (4) Justum qvoq; dicitur id, qvod secundum morem loci & consuetudinem solvitur. In nostro Retractu illud justum & à retrahente vicino, solvendum pretium est, qvod sine mora verus emtor & sine fraude solvit aut solvere promisit. Tiraqvell. *d. L. §. 1. gl. 18. n. 8. arg. l. f. c. de fur. Emphyt.* *L. pen. & ult. c. d. locat. præd. civil. Const. Elect. saxon. 33. Carpzov.* *p. 2. c. 33. def. 1. H. Pistor. libr. 2. quæst. 12. n. 9. & 12.* Quætitur 28 ulterius: An vicinus retrahens eodem nummorum genere vel alia etiam moneta retrahere possit? Affirmo posterius, modo usitata ac proba fuerit, nec nimis parva moneta an guter / geber / und gang. hastiger Münze. Vid. Coler. *in tr. d. proc. Exec. part. I. c. 10. n. 7.* & 8. Sichard. *ad L. 8. n. 7. c. d. solut.* Cujac. *in Nov. 4. c. 3.* intellige qvando pecunia in genere debetur, tunc enim spectatur bonitas monetæ extrinseca tempore retractus, & non attenditur bonitas intrinseca tempore emtionis *V. all. Autor. & Constit. Friderici. Imper. promulg. Augustæ anno 1559. que extat in Recessibus Imp.* p. 231. §. die 15. Secus tamen est, si inter emtorem & venditorem bona fide absq; præjudicio retrahentis convenerit, ut in certa moneta v. g. an giesen harten Reichsthaler oder Ducaten in specie, pretium solveretur, tunc juxta pactum illud solutio in certa illa inter emtorem & venditorem conventa monetæ specie à vicino retrahente fieri debet, & facta valet. Coler. *cit. L. n. 7. & seq. Sich. d. L.* Cujac. *Nov. 4. c. 3.* Anton. Grabiel. *commun. conclus. lib. 3. cit. de solut. & liberat. conclus. I. n. 23.* Sutor. *loc. sæp. cit. cap. II. tb. 242.* Alias & tempus solutioni destinatum qvoq; attendi & secundum valorem pecuniz istò tempore usitatum solutio fieri debet.

Ulricus



Ulricus Volrat. in fin. discurs. de opinamine illo communi, in mutatione monetaria tempus Obligationis contractae esse inspiciendum. Theophilus Gleichrichter in consult. Juridic. de controversiis ex moneta ortis decidend. Dn. Schult. in Disp. Cap. IV. n. 35. sut. 6. l. Quid autem statuendum facta mutatione valoris monetæ durante tempore Retractus? ut cum per annum & forsan ultra sic extante conservidine durat. Benedellus ad §. primis. n. 70. tradit quod si valor monetæ decrescat propter deteriorationem vel materiæ vel formæ, attendendum esse valorem temporis, quo cœpit quantitas deberi, non tempus solutionis; propterea si ipsa reperiatur, ea solvenda est, si minus ejus valor secundum estimationem illius temporis, quo cœpit pecunia deberi. Vid. Bened. d. l. Vinn. ad §. 1. I. qvib. mod. re contr. o. Johannes Koppen. quest. 2. n. 1. Didacus Covarruvias in tract. de veter. numismatum collatione cap. 7. §. 1. Mynsingerus Cent. 4. observat. 1. Andr. Gail. 2. observ. 73. Jacobus Alemannus in Palœstra consult. juris. Illustr. consult. 8. p. m. 391. & seq. Matt. de Afflict. decis. Neapol. 90. n 3. Crusius d. 3. offerendi. C. 12. n. 13. & seq. conf. l. i. c. de vet. num. pot. Reink. de Retr. consangu. Qu. 5 n. 27.

Quod si pretium post primum contractum non in continent, sed aliquid post, sit auctum ab emtore, non tenetur vicinus de augmento, p. l. 2. de resc. vend. l. 7. §. 1. pro empto. Moll. ad const. Elect. 32. part. 2. Tiraqvell. §. 1. gl. 18. n. 1. & seqv. Sumtus etiam & impensas tempore contractus factas; qvibus & sumtus vini den. Wein-Kauff ad numero, vicinus retracturus offerat. l. 13. §. 8. d. A. E. l. 2. c. de pact. int. empt. Garsias. de expens. c. 18. n. 12. facit l. 39. §. f. d. minor. l. 27. d. adil. edict. constit. Elect. 32. in verb. auch das Kauffe Geld und die Besserung zuerstatten verpflichtet. Tiraqvell. d. l. §. 1. gl. 17. & 18. nec non pecunia illa, qvæ venditoris mulieri data est, qvæ alias vocatur das HeerdeGeld / Schlüssel-Geld / restitui debet per mod. cit. ll. Non sufficit autem oblatio pretii & sumtuum tempore contractus factorum; sed & necessarias & utiles impensas factas in prædium ei, adversus quem Retractu utitur, ut pote bona fidei possessori, restituat, modo absq; fraude fecerit. l. 16 d. in diem addict. l. 61. locat. l. 48 §. 1 Comm. divid. l. 48. d. R. v. Coras. 3. Miscell. 3. n. 6. Sic servitutis industria emtoris, pendente retractus tempore

fundo additæ æstimatio solvenda Garf. c. l. cap. 23. n. 17. Tiraqvell.
d. R. C. §. 6 gl. 2. 128. Huc refero & pinguedines terræ factas l. 16.
36 c. de locat. l. 5. c. d. agr. & cens. An & quando autem pro
melioramentis & distinctis eorum speciebus competat retentio, an
& quando repeti possint, vel cum quasi fructibus compensanda sint.
v. decis. Penit. Johann. Ludw. Asisiens. 24. & 25. Benedellus ta-
men §. verum si infra n. 31. statuit; siemor scienter emit rem re-
tractui obnoxiam, quod non repeatat impensas intra retractus tem-
pus factas. V. Moller. d. const. 32. n. 20. per l. f. §. 4. c. comm. de
deg. l. 20 l. 51. 52. d. leg. I. Contradicit Gerad. Bagon. in sua di-
sputat. Retractus, prout cum Tiraqvell. refert. dict. R. C. §. 7. gl.
l. §. 3. ratione utilium, cum prospicere potuerit aut debuerit emtor
evenire posse, ut res retrahatur l. 9 si quis. ff. locat. Id autem, quod
evenire potest, sit ex dispositione legis vel statuti ideoq; ei non sub-
37 veniatur, qui id non prospexit. l. 26. §. 7. ex qvib caus maj. Impen-
sa tamen sint liqvidæ, alias non videntur debita, nec jus retentio-
nis illarum nomine competit Afflct. decis. Neapol. 17. Garsias. d. l.
c. 1. n. 24. dicit, de Jure Civili dari pro expensis actionem, re-
38 tentionem, exceptionem de dolo, officium judicis. Dicuntur au-
tem liqvidæ, de qvibus in promptu adparere potest. Liqvidum enim
dicitur, quod probatur testibus, instrumento, confessione partis &
eiusmodi probationibus, qvæ in promptu adferri possunt Auth. ad.
becc. de usur. De probatione expensarum Vid. Arbor. Judiciar.
Githausens p. 1. c. 6. §. 257. usq; ad §. 260. Ludw. Asisiens. tom 1.
39 part. 2. decis. Perusin. 87. Ne autem retrahenti difficilior reddatur
retractus, cautio est, ut denunciet emtori, ne sumtas in prædium em-
tum faciat. Gail. 2. obs. 19. n. 10. Boer. decis. 47. n. 4. Quod si hac
40 denunciatione ritè i. e. seu judicialiter seu testato extrajudicialiter
facta, eaq; neglecta nihilominus emtor utiles & voluptuarias impen-
sas fecerit, pro illis recuperandis, si à fundo vel separari prorsus vel
saltem commode & sine laione prioris status non possint, ne quidē
exceptio datur emtori. l. 9. d. impens. in res dot. fact. Brunm. in l. 38.
d. R. V. Schrad. d. feud. 2. p. 9. pr. sect. 2. n. 78. qvia per denunciatio-
nem in mala fide est constitutus. l. 17. c. d. R. V. Klock. cons. 57.
41 n. 66. & seq. Si vero retrahens, quod nam sit pretium ignoret, & qvæ
impensæ



impensæ factæ fuerint, eo casu etiam particularis oblatio eum protestatione de residuo etiam solvendo tenet. l. 5. l. 34. §. Imperator inf. d. stat. lib. Boër. decis. 112. n. 2. inf. Gail. d. l. n. 9. Tiraqvell. d. R. M. §. 1. gl. 19. n. 2. seqq. Oblatio enim cum depositione partis & cautio pro residuo habet vim solutionis in illiquidis per l. f. c. ad L. Falcid. l. si Patronus d. donat. Nullatenus qvoq; repeti possunt 42 impensæ necessariæ & utiles modicæ, qvæ factæ sunt ad conservatiōnem ædium dte Güter in Dach und Fach zu halten. h. e. ut explicat. Daniel. Moller. ad Nov. Aug. Elect. p. 2. c. 32. n. 57. Dte Ge 43 bāude an Osen/ Thüren/ Fenstern/ Leimwänden/ Bäunen/ Dachungen und was dergleichen seyn mag / wie ein fleißiger Haushwirth ihn soll/jährlich zu bessern und d̄ so zu erhalten/ als es sich erhalten lassen will. l. 12. ff. d. impens. in res dot. fact. Cons. hic. decis. Perus. Joh. Lud. Asisiens. 24. 25. sicuti impensæ modicæ non sunt restituendæ , 44 ita nec qvoq; eadem immodicæ Bened. d. l. Joh. Lud. Asisiens. c. l. à retrahente possunt repeti (v. g. sumptus vini modum excēdentes.) Gail. 2. obs. 19. n. 9. Tenetur etiam retrahens ad onera rei, qvæ seqvuntur rem & ejus possessorem. Mev. p. 5. decis. 330. Po 45 stremum requisitum formale Retractus vicinitatis est PACTORUM 46 TEMPORISVE DEFINITI OBSERVATIO. Pacta, qvæ dant legem contractui l. 7. §. 5. ff. de pact. l. 28. ff. de R. 3. vicinus retracturus æqvè observare tenetur ac si ipse legem contractui dixisset vel in eandem consensisset ; nisi in fraudem vicini simulatè fuerint adjecta. Re 48 trahens enim succedit in locum emtoris , & prior contractus E. V. cum sua causa, qualitate, conditione vitio & onere transit in ipsum. l. 5. convenerit. 18. §. 2. ff. de pignor. act. l. 12. §. 2. ff. fam. ercise. Ita, ut subducta ē medio persona emtoris vicing retractans non videatur emere à primo emtore, sed à primo venditore, ex cuius venditione jus retrahentis fuit causatum Reinking. qv. 5. n. 24. Sic, si res vendita sit cum pacto de retrovendendo vel ad certum tempus retrahens non nisi cum eodem onere admittitur. Simulationem autem 49 ipsam pactorum claudicatio arguit, si scil. omnia ad unius tantum partis, maximè venditoris favorem diriguntur. neglecto planè alterius commodo. Prosp. Farinac. defalcat. qv. 162. n. 178. Vultej. Cons. Marpurg. 34. n. 101. & seq. vol. 3. Alterum requisiti forma- 50 lis

lis membrum præprimis observandum est, ut fiat retractus intra
sive statutis decisa sive usu longævo & moribus hominum intro-
ducta & pro locorum diversitate (abundat enim quælibet provin-
cia in sensu suo) variantia tempora. Qvod ipsum tempus est 30.
dierum const. Frid. vel ex causa mensum quatuor, interdum &
anni; verum hic, ut dixi tutissimum, observari morem cuiuslibet
regionis l. 6. d. evict. Conrad. Lancell. d. f. p. 135, 136. Mynsing.
51 cent. 3. obs. 51. n. 3. Sin autem statuto tempus retrahendi certum
non est præfixum, tunc ex jure communi, ne res semper cum alieno
discrimine in pendenti maneat, anni & diei tempus retractui indul-
tum legitur. Qvam opinionem Augustissimum Tribunal Cameræ
secutum est, Mynsinger. cent. 3. obs. 51. Gail. 2. obs. 19. n. 4. & jure
communi non in Retractu tantum, sed & alias regulariter tempus
simpliciter probatum de annali intelligitur Tiraqvell. d. R. M.
§. 1. gl. 10. n. 3. 4. 5. 6. 7. Sic & jure Saxonico idem est tempus
Landr. l. 3. const. 83. d. const. Elect. 32. p. 2. ubi Moll. n. 1. & Henn.
Goden. v. conf. 4. n. 18. ubi ait, Regulam juris Saxon. esse, qvod
actus factus in alicujus præjudicium retractari per illum debeat in-
52 tra annum & diem. Annus qvippe civilis constat ex trecentis sexa-
ginta qvinq; (365) diebus. Annus vero Saxonius adhuc continet
sex septimanas atque tres dies Coler. decis. 140. n. f. spacium
itaque annale, qvod Iuri CONGRUI Saxonico præfinitum est,
non de Anno Civili sed Saxonico accipi debet. Kling. in 3.
part. Landr. tit. d. usucap. gl. lib. 1. Landr. art. 70. v. bey Jahrsal.
Qvando igitur fit mentio Anni, tunc intelligitur Annus & Dies
Vid. Zobel. part. 2. diff. 2. num. 4. Part. 1. Consult. saxonico
qv. 21. n. 9. tom. 1. & qv. 29. tom. 2. Vid. Additionator lt. A.
53 ad art. 21. lib. Landr. Qværitur autem qvando incipiat currere tem-
pus: statimne à contracta venditione ante traditionem rei? an
vero ea demum subsecuta? an ex eo tempore, quo quis scivit,
fundum retractui obnoxium alienatum esse? Primam opinionem
in judicando & respondendo observatam dicit Dan. Moller.
part. 2. constit. Elect. 51. n. 5. & q. 6. & in Gallia quoq; observari
54 ait. Tiraqvell. d. R. M. §. 1. gl. n. 50. Solo enim consensu perfici-
etur emtio ante traditionem perfectione essentiae. Francisc. Aretio.
in 1.



in l. s. fidejussor. 49. §. meminisse col. 2. rv. super secundo d. leg. 1.
Quanquam enim emitor non sit dominus ante traditionem l. 50. d.
R. V. l. 20. c. de pact. tamen ei competit actio, ex qua præscriptio
oritur ad rem tradendam, & dominium in se transferendum, si vendi-
tor sit dominus l. 11. pr. d. A. E. l. 52 in f. d. U. o. l. 6. c. de res-
vend. §. 1. ibi res tradatur l. d. E. U. Et sic rem immobilem.
Qui autem actionem ad rem habet ipsam rem habere videtur.
l. 15. d. R. J. ubi Decius. Nam qui rei habet effectum is rem
ipsam habere videtur; juris autem nostri effectus est actio. l. 5. ff.
d. acq. rev. dom. l. s. quis vero 17. ff. d. acquir. poss. & per Conle-
qvens, quod à venditore evinci potest, venditoris non est, sed evin-
centis l. metum 9. §. licet. ff. quod metus caussa cum is rem habere
videatur, qui, ut dixi, ad rem persequendam actionem habet. d. l.
15. l. 2. l. qui in benis ff. de legat. 3. Vid. Hippol. à Collibus ad l. 13.
ff. d. R. J. An tempus hocce modi currat à tempore scientiae non 55
nulli disputant; cum J. Communi ignorantia tempus non currat l. 15.
§. 4. junctis §. seqq. Quod vi aut clam. l. 6. in fin. de. calumn. H.
Pistor. lib. 2. qv. 12. Immò & Jure Feudali 2. F. 9. §. porro ibid.
d. annali scientia C. 26. §. titius filios. Hoc autem casu si de scien- 56
tia vel ignorantia dubitatur, quid agendum, Benedell. d. l. ad §. C.
licet. n. 14. dicit, standum juramento ilius, qui se ignorare dicit.
Richter. d. dec. n. 150. Ratio est cum ignorantia non præsumatur.
l. verius 27. de probat. Vid. Arb. Judic. Gilhausen. P. 1. c. 6. §. 286.
Ubi tradit, quibus conjecturis probetur ignorantia & quibus in casi- 57
bus juramento probari possit. Immò & Jure Canonico. c. intra
annum X. d. rest. in integr. Mynsing. cent. 3. Obseru. 51. n. 4.
d. const. Elect. part. 2. Const. 50. in verb. Soll dasselbe innerhalb
Jahres von Zeit der Wissenschaft revociret oder angesehen werden.
Proindeq; vicinum prædium habens scire præsumitur. Hinc vicino
retrahenti, quando scientiam negat, juramentum imponi potest;
Ignorantia enim præsertim publici facti non præsumitur, & is, qui
allegat talam crassam ignorantiam dolii præsumpti arguitur, unde,
quando præsumptio ignorantiae cessat, tunc intrat scientiae præsum-
ptio. Vid. Vultej. Conf. Marp. 22. n. 18. Requiritur autem in retrahente 58
scientia non confusa, & generalis, puta, quæ provenit ex ru-
more



more sine capite, aut etiam quibusdam certis personis, quae vel generaliter dixerunt, rem Titum vendidisse vel emisse. Neque simplex & presumptiva. Osasc. decis. pedemont. 126. n. 4. Neque satis est, etiam si emtor contractum apud acta notificaverit in genere. Tiraqvell. d. gl. 2. n. 32. sed requiritur perfecta & accurrata scientia, ita ut totum negotium omnibus cum suis qualitatibus & circumstantiis penitus cognoverit. c. concertationem in verb. sciverit d. apell. in 6. quam glossam auream dicit Felin. in c. autem nobis 59 de Except. Cum primis vero necesse est, ut retrahens sciat pretii quantitatem, usq; potest quod animum ejus maxime impellere potest, quia premium est de substantia emtionis. Tiraqvell. d. l. gl. 2. n. 34. adeoq; scire debet totum tenorem alienationis Jas. conf. 159. lib. 2. Hinc ratificatio etiam expressa contractus celebrati per instrumentum non operatur, omnia capitula instrumenti ratificata fuerint nota nisi facta. Vid. Osasc. d. decis. 126. n. 4. & inf. & H. Pist. lib. 2. 60 qu. 12. n. 30. & 31. Hic autem ambigitur: Si venditione perfecta paulo post, inter emtorem & venditorem oboriatur contentio, quae duret ultra tempus Retractui destinatum, num lapsus ille temporis vicino Retracturo noceat? Neg. cum Pegio libr. 2. cap. I. secuto Cynum idem statuente per l. maj. contr. l. 16. c. de offic. testam. Lis enim & controversia impediunt hic cursum temporis. v. l. quamdius. c. qui admitt. adb. p. Vicinus etiam propter incertum litis eventum certo scire nequit, utrum valida pronunciabitur venditio nec ne; & sic Retractus non nisi vera & certa scientia perfici potest. arg. l. 76. d. R. f. Conf. Reink. c. l. n. 295. & seqq. ubi n. 300 notat. quod licet pendente lite super proximitate vel vicinitate tempus retrahendi non currat, nihil tamen is, qui ex alterutro illo jure retrahere desiderat, premium rei venditae interim legitimè deponeat, maxime quando proximitas vel vicinitas deducta est in judicium per modum exceptionis incidenter, non autem principaliatur. Idemq; tradit in terminis vicinitatis. Stephan. Gratian. 61 disputat. forens. tom. 2. c. 304. n. 36. Sola autem scientia non sufficit, sed denunciatio intervenire deberet. Balth. Bened. d. l. ad §. in primis n. 39. & seq. Matth. de Afflict. d. l. §. 2. n. 1. 3. 4. 5. ubi eam sic definit, quod sit facti futuri (ubi de futuro loquimur) certa, clara & intel.

303



& intelligibilis designatio cum protestatione vel prohibitione tacita
vel expressa. *l. denunciasse* 27. ff. d. adult. *l. aut qui aliter f. quod*
vi aut clam. *L. neq; c. quæ res pign. oblig. poss.* Constat autem quod 62
ista denunciatio sit de substantia, ut expresse dicit lex, *Constit. Frid.*
quæ requirit fieri denunciationem ipsi vicino & tunc quasi de forma
est quis adstrictus, ut denunciet. Nam forma legis est de substantia 63
legis, sicut forma rei est de substantia rei & forma in actibus homi-
num est de substantia ipsius actus. Forma autem legis est ordinata
dispositio ordinans certos hominis fines, ut in *l. certa forma* ff.
de jure Fisci & l. forma d. censi. l. constitutio ff. ad municip. Vid.
Hondæd. vol. 1. p. 2. conf. 26. n. 2. & 28. Marant. d. conf. 84. n. 8.
Sed si lex simpliciter loqueretur & non dixisset, denunciasse, tunc 64
esset distingendum: ut pulcherrime dicit Matth. de Afflict. loc. cit.
n. 5. aut tractamus quoad finem sciendi, & sufficit sola scientia;
ut *l. item veniunt* 20. § petitam *n. ff. d. petit. hered.* aut quoad
effectum aliud inducendi ulterius vel prohibendi, & non sufficit sola
scientia *d. l. denunciasse* ff. d. adult. ut hic. Sic testamentorum
solemnia in praesentia testium lex fieri vult *l. si unus* 12. c. de testam.
licet hinc non sequatur necessarium, ut eadem illi intelligent, sed
sufficit, ut sciant, cui rei sint adhibiti. *l. qui testamentum* 20. in fin.
de testam. Non igitur sufficit scientia. Neq; vero solum denun- 65
cietur alienatio facta, sed & omnes ejus notificantur circumstantia
& qualitates, *l. si quis in suo ff. depos.* *l. i. §. fin. ff. d. &c. empt.* ut
certam scientiam habeat vicinus; alias enim scire non dicitur nisi
verè sciat. Benedell. d. §. in primis n. 43. H. Pistor. l. 2. qu. 12.
n. 39. & 40. *l. in totum* 76. d. R. 3. quippe, haec animum ejus im-
pellere possunt, ut redimat vel non. Alias retrahens in mora non
constituatur vel tempus incipiat currere, cum à die denunciationis
sumat initium Afflict. all. loc. Benedell. d. l. n. 42. Pegius vom
Vorkauf lib. 2. c. 23. Non tamen currit tempus retrahendi præ- 66
dii simulato contractu venditi, nisi à die detectæ fraudis, seu à die
notitiae & scientiae arg. *l. o. d. calumn.* *l. 35. d. & dil. edif.* c. quia
diversitatem d. concess. præbend. Dies autem apertæ & detectæ 67
fraudis non computatur à tempore litis contestationis, sed solum
à tempore latæ sententie, ut præscriptio Juris Retractus inchoetur.

D

Vid.



68 Vid. Choppin. *d. privil. rustic. libr. 3. c. 5. in f.* Modus autem contrahendi vel pretium patet per instrumentum super contractu erectum, illo autem non facto, testibus. Quid autem juris, testibus nonnullis deponentibus de majori, nonnullis de minori pretio, quibus credendum? His ego accedo. facit *l. 27. d. cond. Inst.* Vid. *Bl. l. 2. c. de resc. vend.* Si in instrumento probatur, queritur, an in originali vel copia exhibitio illius fieri debet? Illud volo. arg. *l. 3. c. de divers. rescript. c. 25. qu. 2.* Quo ad premium tamen, juramento secund. Peg. *libr. 2. c. 24.* illud confirmandum ab emitore. Vid. Tiraqvelli. *d. R. M. §. 2. gl. 2. n. 1.* Emitore autem mortuo heres praestabit juramentum, praesertim si interfuit contractus. Vid. Tiraqvelli. *d. l. à n. 2 usq; ad 10.* quo præstito incipit currere retractus tempus. arg. *§. 5. & 6. 1. F. 4.* Cæterum denunciatio intervenire debet etiam tum, cum is, cui fiat, in venditione praesens aut testis fuit. Vid. *l. 39. de pign. act. l. 26. c de adm. tue.* etiamsi subhastatio publica præcesserit. Neque etiam praesentia cum taciturnitate operatur consensum, nec opus est protestatione, sed interea adhuc durat jus retrahendi. Tiraqvelli. *d. l. §. 1. gl. 9. n. 148. & 153.* Non tamen sepius fieri debet denunciatio, immo somel facta sufficit M. Mantua *d. l. n. 32.* Denunciatione autem non facta vel non legitimo modo, competit retrahentibus tempus 30. annorum, quo omnis actio concludi solet. *l. sicut 31. omnes. 4. l. 7. c. de prescript. 30. vel 40. annos.* Licet in loco fuerit facta extrajudiciali. Peg. *libr. 2. c. 5.* Immo etiam in domo retracturi, modò fiat coram amicis & vicinis vel tempore etiam seriato, immo quovis. Illis autem fiat denunciatio, quibus Retractus competit, ut h. l. Vicino, etiam minoribus & pupillis tutorem habentibus, cujus tamen copia haberi nequit. Pupilli tamen maiores infantibus sint. *l. f. de l. & fact. ignor.* Tutor autem parentibus pupillis datur regressus contra Magistratum, si tempus sit lapsus. Bl. *d. l. n. 10.* aut certè in integrum restitutio. *l. i. §. 6 d. magistrat. convenient.* Benedellus tamen *d. l. §. verum si infr. n. 48. in fine & 50.* Vid. *l. 7. §. 6. de minoribus* dicit, hodie non opus esse restitutioae in integrum minoribus in prescriptionibus, cum ipso iure illis non currant, si ab ipsis incipiunt, nisi sint 30. vel 40. annorum.

n. 15.



¶ 15. Concessa autem restituzione minori ea prodest etiam con-
sortibus in causa individua , secus in causa dividua . Brunmann.
in l. c. de consort. ejusd lit. Vid. l. i. 3. 4. & f. c. in quibus causis
in integr. restit. necess. non est. Interrumpitur autem hæc præscri- 72
ptio citatione, ex dispositione l. z. c. de annal. except. qvæ, non
tantum citatione & denunciatione judiciali, aut si ea ob adversarii
potentiam, absentiam, furorem, ætatem fieri nequeat, etiam extra-
judiciali testato facta, usucatio & præscriptio omnis interrupitur,
sive sit tricennalis, sive decennalis, sive triennalis. Dn. Brunnem.
Proc. civil. c. 3. n. 41. Sed qværitur, quis judex competens in casu 73
Retractus ad impediendam præscriptionem? Hæc actio, qvæ
vocari solet conductio ex lege municipali, vel ex moribus tam in
loco domicilii seu coram judice ordinario, qvam in foro rei sitæ
intentari & proponi à retrahente potest per. c. ex parte X. de for.
compet. & liberum erit actori, si res sub diversis Jurisdictionibus
sit omnia superiorem proximum eligere. Gothofred. Anton.
c. l. th. 2. lit. c. Tiraqvell. §. 8. gl. 5. Si verò actio in foro domi-
cillii ut generali fuerit instituta, & res, de qua agitur, sub alio judice
sit, judex rei sitæ pec. subsidium sententiam in loco domicilii latam
exsequitur ac in possessionem mittit. l. 15. §. 1. d. Re Jud. l. 12.
§. 1. de reb. auth. jud. possid. l. un. c. ubi de hered. Menoch. rem. 4.
qv. 51. n. 403. Vid. Dn. Schultz. in Inaug. sua de Jur. Congr. Cap.
IV. n. 54. & 55. Francofurti habita 1674. Effectus autem denun- 74
ciationis est, ut vicinus aut retrahat aut juri suo renuntiet. Semel 75
autem facta renunciatione, non amplius admittitur, licet postea
poeniteat renunciantem ; aut in exceptione ignorantiae contractus
unius vel alterius circumstantia se fundet. Mev. p. 2. dec. 253.
Nam jus ipsum jam est qvæsumum, cui in favorem emtoris renunciat, 76
non est admittendus amplius ad id, cui renunciandum putavit.
l. si quis jusjur. II. c. de reb. cred. & jurejur. Boer. decis. 76.
arg. l. qui Romæ 122. §. cohæredes. & ibid. Brundemann. & Dd.
de v. o. Qvia per renunciationem jura sua quis perdit, & jura 77
illius cui facta est confirmantur. arg. l. sicut 8. §. vendit. II. quib.
mod. pign. vel hypothec. &c. Nec remittenti actiones suas dandus 78
est ad eas regressus. l. qværitur §. si venditor. de adul. edict. & red.
Sallust.

79. hibitor. l. i. §. qui semel & de successor. edit. Hæc quoque obtin-
ent expressa renunciatione non facta, sed promissione tantum
generalis, se non motu[m] controversiam. Traq. in repet. l. sic
nunquam pr. n. us. Ut & tum, si venditori jus fecit vendendi cui
80. velit, Traq. d. R. M. §. I. Gl. 9. n. 13. Quid si pactum interveniet
inter venditorem & eum, cui Retractus competit, quod hic non sit
acturus contra emptorem futurum, an emitor se poterit Jovare illo
pacto poena? Affirm. per l. dotia 70. §. 1. d. contr. emt. l. invit. 81.
156. d. R. 3. Handedæ. vol. I. Conf. p. I. conf. 2. n. 37. & seq. Ubi
dicit, facilius Jus quærendum amitti, quam quæsum. l. 26. d.
leg. Cum jus quæsum fortius sit quam quærendum. l. si ita
scriptum §. 1. l. si ita scripsisset. d. leg. 2. Et magis favorable,
cum in quæsum agatur de damno & in quærendis de lucro. Dec.
in l. servis n. 8. & seq. c. de Pact. Conf. l. 70. in f. ff. de acquir.
82. hered. Denique hoc Jus CONGRUI, quia propter rem competit
vicino, etiam, sed non nisi cum re cedi potest. Dn. Brunemann.
de cession. action. q. 4. n. 37. Dn. Schultz. d. c. s. n. 61.

CAPUT V.

De

CAUSA FINALI.

SUMMARIÆ.

- Causa finalis consistit in utilitate
privata & publica. Conf. n. 15.
1. Ratio.
2. Themistoclis venale prædium bono
vicino felix.
3. Vicinus non celandus in venden-
do prædio.
4. Incommoda mali vicini.
5. 6. 7. 8. Comoda boni vicini.
9. 10. Bella cum vicinis periculosisima.
11. Imprecationes Hebræorum.
12. Memorabile, quod circa vicinita-

- tem observavit Gothfoed. Lutetiae.
14. Historia de Nobili quædam Polono-
malum vicinum omni cruciatu[m]
præferente.
15. Affine privilegium literatorum in
expellendis strepiferis artificibus.
17. Cuivis in suo licitum facere, quod
libet.
18. Fræventione non attenditur.
19. Minus privilegium debet cedere
majori.
20. Rationes.

REstat Causa Finalis, quæ in hoc capite discussâ finem huic disser-
tationi imponam. Illa consistit non solum in utilitate ipsius
vicini privata, ne admittat vicinum forte molestum; Sed in
publicâ

publicā etiam utilitate, qvæ ex concordi vicinorum cohabitatione
in Rempublicam redundat, & propter qvam hic Retracius vicinis
datur adversus extraneos emtores prædii vicini alienati. Recē 2.
sanè existimat Terent. Clemens libr. 13. ad legem Julianam & Papiam.
interesse nostrā, confines fundos etiam supra justam estimationem
acquirere: cum non cuivis homini contingat Themistoclis venale
prædium bono vicino felix. Ille enim Græcorum omnium facile 3.
Princeps, cum prædium venderet, præconem eundem prædii dotes
enumerantem, superaddere jussit, qvòd bonos haberet vicinos:
qvās vicini commendatione futurum esset longè vendibilius. Autor
est Plutarchus in Apopbregm. Namq; veteres, qvī sciebant bonum 4.
vicinū mulum adferre utilitatis, contrāq; malum incommodi
& noxiæ plurimum, in emendo agro præter cœli salubritatem &
lōci ubertatem, vicini commoditatem occultari noluerunt. Ira
Cajus in l. quod s̄a p̄e §. fin. ff. de contr. empt. Si qvis, sit, in
vendendo prædio confinem celaverit, quem emptor si audisset,
empturus non esset: teneri venditionem dicimus. d. l. quod s̄a p̄e.
& Plinius libr. 16. Hist. cap. 5. moner, ut comparaturi agrum,
animadverant, qvales vicinos habeant. Malum qvippe vicinum, 5.
ut pestem M. Portius vitari censuit: ut est apud Columellam libr. I.
de Re Rust. Et Demosthenes in orat. contra Calicatum: Non erat 6.
qvicq; vā, inquit, o Athenienses, perniciosus, qvām improbum
vicinum, nec suis contentum esse nactum. Vera igitur & venusta 7.
illa priscorum vatum sententia: Aliquid mali propter
malum vicinum. Unde Lysimachus apud Plant. in Merca-
tore A. 4. sc. 4.

Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus.

Aliquid mali esse propter vicinum malum.

Qvam sententiam eleganter expressit Hesiodus in opere, cui titulus 8.
opera & Dies ejus autem verba è Græco in Latinum ita Magnus
ille Erasmus vertit.

Si qva domi inciderit tibi res, tunc illico omisis.

Ad sunt vicini Zonis: cinguntur at ipsi

Affines: noxa est virinus ut improbus ingens

D 3.

Contrā



- Contra ita maxima commoditas, si commodus adsit.
Deest honor huic, bona quem vicinia deficit, at nec
intereat bos, ni vicinus ubi improbus adsit.
- 9 Neque multum huic abhorret sententia Sapientis Proverb. 27. i.
Melior est vicinus juxta quam frater procul enim Nachbar an der
Wand ist besser als ein Bruder über Land. Schuppius in salom. c. 5.
- 10 Ernestus Archiepiscopus Magdeburgensis, Dux Saxonie, variis
casibus edoctus dicere solitus; Non esse meliorem murum atque
munitius Propugnaculum, quam vicinos habere amicos. Christoph.
Lehmann. p. II. Florileg. Polit. p. m. 638. Hinc bella, quae à
viciniis inscruntur, omnium sunt periculosissima per text. in l. 2. §.
post deinde ff. de orig. Jur. Zaf. ibid. in verb. acriora. arg. l. cum
oportet §. sin autem in fin. c. de bonis quae liberis &c. Gail. l. 2.
Obseru. 69. n. 19. seq. Quapropter dicebat Juvenalis satyra 15.
Inter finitimos vetus atque antiqua similitas
Immortale odium & nunquam sanabile vulnus.
- 12 Hebraeorum tale proverbium: Vae malo & vae Vicino ejus.
item: Contubernales improbi cum eo vapulantur.
Vid. Proverb. Ben-Syræ, qui creditur fuisse nepos Prophetæ Jere-
miae: Et comment. J. Drusii in eadem. Taubmann. ad supr.
cit. loc. Plaut. Vid. Dionyl. Gothofredi Comment. ad Nov. 63. c. 1.
- 13 Ubi se Lutetiae observasse, cum duo ibi hinc & inde ædes novas
easque splendidas ædificassent, ita ut intermediæ deformes appar-
terent, vicinum suas quoque ædificasse; supremæ tamen ædificiæ
parti hanc inscriptionem apposuisse: Contentus eram antiqua,
sed vicinus novam coegerit ædificare domum. Eoque nomine inju-
riarum actionem ei dictatam à vicinis, quod superior illa inscriptio
fidem vicinorum labefaceret, quorum interesset apud omnes eam
salvam conservare. Quæ sententia inde secuta sit nescire; inte-
gram tamen adhuc inscriptionem extasse memorat. loc. cit. Confer.
Dn. Präsidis Programma ad Disp. Inaugur. Georg. Gruelii de Jure
vicinorum. Ubi refert historiam de Nobili quodam Polono, qui
licet valde vulneratus, Uladisla Polon. Regi respondit: Neminem
scire maiorem cruciatum, quam qui in eodem pago molvi
viciamus



vicinor habeat. Cramerus. Libr. XI. hist. Polon. In hunc 15
igitur finem Jus CONGRUI constitutum, ut nempe rixa & contentio-
nes evitentur, quas in horas vicini susciperent, & in quibus plerumq;
qui humanior & melior fuerit, necesse habet succumbere; qui
verò deterior lucrum facere solet, ut ait Alciat. in Disputat & repe-
tit. sing. ad leg. quinque pedum c. finium reg. n. 10. Franckius
in comment. ad tit. cund. n. 21. Affine huic JURI CONGRUI Privi- 16
legium Doctorum aliorumve Literatorum in expellendis strepiferis
vicinis. Etenim favor studiorum Doctoribus, Professoribus, Adva-
catis aliisq; literatis id privilegium indulget, ut non solùm pro-
hibere possint opifices strepferos, Fabros sc. Victores, Sutores,
Fullones, Pelliparios aliorve tumultuosos artifices, qvò minus ad
emissionem vel conductionem ædium juxta literatorum domos
admittantur; sed etiam, ne studiis interturbentur, & subtilioribus
ne cadant cogitationibus, magistratus implorato auxilio expellere
possint & illam ut audiant sententiam procurare, veteres migrate
coloni. Carpzov. Jur. far. P. II. Const. 37. D. 23. Limnaeus de
Jur. publ. tom. III. Libr. 8. c. 3. n. 32. Schneidewin. ad §. fin.
I. Locat. n. 7. Quamvis enim licitum sit cuilibet in suo sacere 17
qvod lubet, etiam cum alterius in eommodo l. 8. §. 5. ff. si servit.
vend. l. i. §. idem ajunt de aqu. plur. arc. & nemo de domo sua
invitus, & hoc quoque casu, possit videri extrahendas; attamen
multa iniqvitatem secum singulorum trahere evidenter, quæ abundè
utilitate publica compensantur. Limnaeus loc. cit. Nec distingvo 18
hic cum aliis, an Doctor sive Professor garruli opificii Magistrum
antevertetur, h. e. an opifex iste domo noviter emta ad ædes Pro-
fessoris accedat, sive Doctor hujus ad ædes accedat. Nam non
tempore hic prior, sed alter, qui utilitate & favore major merito
Præfertur arg. l. assiduis c. qui potior. in pignor. Licet enim privi- 19
legium præventionis in jure potissimum consideretur, prout istam-
rationem assignat Menoch. de arbitr. jud. l. 2. cent. 3. casu 237. n. 7.
l. pluribus 22 ff. de proc. l. 14. ff. de nox. action. l. 19. ff. de Re
jud. l. 2. §. si quis nomine ff. ne quid. in loc. publ. l. potior. l qui
batn. ff qui pot. pign. hab. puto tamen fabrorum aliorumve privi-
legium minus esse, ac proinde cedere debere majori, quo nituntur
Profes-



20 Professores Liberalium artium & legum, qvarum scientia totus il-
luminatur Orbis, ut inquit Imper. in Autb. Habita C. ne Filius pro
patre Schneidw. loc. cit. & conservantur Republicæ; præterea
leges armis præferri & arma togæ cedere satentur scriptores & no-
stri in processio Instit. Perez. in C. rit. de stud. liberal. n. 7. item
Colerus in Process. execut. P. I. Cap. 4. n. 8. ubi hoc practicasse,
& vietorem qvendam expulisse scribit. Vide Rebuss. de Privil.
schol. 3. p. 20. ubi in argumentum dicit l. 2. §. idem ait 29. ff.
Ne quid in loc. publ. Jacob. Penium de Privileg. fectorum c. 69. n. 12.

S. D. G.



ULB Halle
004 529 26X

3



SB

KD7



Farkkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

DEO,
NTE
UM ORDINE
YPHICA,
E
VE AMPLISSIMO
FERDESIO,
CELEBERRIMO,
ORE GRAVISSIMO
ORE MERITISSIMO,
MAGNO,
ONORIS CULTU
IC JURIDICAM
NGRUI,
DISQVISITIONI
STRALÆS. POM.
ONDENS.
XIX. MARTII.
Æ,
ARCKII, REG. ACADEMIAE

1. 22. 15
1684,